



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

Cap. I. Vt qui oblationes defunctorum retinent, excommunicentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

priores illum complexi sumus, & communione cum eo inita, has salutationes vobis mittimus, & haec nostra gratulantia vota; ut cognoscatis, nos copula communionis illi coniuctos esse. Vestrum autem est pro pietate religiosissimorum imperatorum orare: qui & ipsi in gratiam vestri desiderii, illiusque innocentiae, quam iam cognitam habent, eum cum omni honore restituere voluerunt.

ANNO
CHRISTI
350.

Pronis igitur manibus eum excipientes, gratulatorias preces (ut par est) Deo qui haec tribuit, offerre studete, ut semper in Deo gaudeatis, & glorificetis Deum in Iesu Christo Domino nostro, per quem patri suo gloria in saecula saeculorum.

CONCILIVM VASENSE

b S V B I V L I O I.

C A P. I.

*Vt qui oblationes defunctorum retinent,
excommunicentur.*

15. q. 2. qui
obligatio-
nes.

Piis legatis
non satisfa-
cientes ex-
communi-
candi.

QVI oblationes defunctorum retinent, & ecclesias tradere demorantur, ut infideles, sunt ab ecclesia reiiciendi: quia usque ad inanitionem fidei peruenire certum est hanc diuinæ pietatis exacerbationem: quia & fideles de corpore recedentes, votorum suorum plenitudine, & pauperes consolatu almoniarum & necessaria sustentatione fraudantur. Hi enim tales, quasi egentium necatores, nec credentes iudicium Dei, habendi sunt. Vnde & quidam patrum hoc scriptis suis inseuit, congruente sententia, qua ait: amico quipiam rapere furtum est; ecclesiam fraudare, sacrilegium.

ANNO
CHRISTI
350.